



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ioannis Perpiniani Valentini, Societatis Iesv
Presbyteri. Orationes Dvodeviginti**

Perpiña, Pedro Juan

Lvgdvni, 1622

Secunda est laudatio funebris Ludouici Principis Ioannis tertij Lusitaniae regis, germani fratris, quam dixit Conimbricae, mense Decembri, eiusdem anni 1555.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13368

opem pariter nobis cuncteque Lusitaniae iu-
uentuti, subuenite inopiae nostrae, in re tam
difficili atque ardua, diuinum aliquod auxi-
lium & numen ostendite: date nobis eam
mentem (vt multis possimus quam maxime
prodesse adolescentibus, qui nostrae potesta-
ti permittuntur; ardentem iniicite salutaris
doctrinae ediscendae cupiditatem, nolite eos
à vobis supplices abstertere & excludere,
quos vestra praesidia ad audiendum, vestra
multis in rebus cognita perspectaque liber-
tas & ad ferendam opem alacritas, ad sup-
plicandum ac petendum excitabit.

**PETRI IOANNIS
PERPINIANI.**

*Laudatio Funebri Ludouici Principis, Ioannis
III. Lusitania Regis Germani fratris.*

O R A T I O II.



Accidisset utinam Princeps ille Deus,
viri ornatissimi, vt vel id nunquam
accidisset, vt iterum mihi apud
vos hodierno die verba facien-
da essent, vel quando eius per-
missu accidit, vt in hoc ipso loco tam bre-
ui interuzello dicendum sit, sic à rebus om-
nibus paratus accederem, vt illo die, qui
fuit

fuit test
nos omni
nitate ad
cuius nu
cundissim
spectu fr
abstract
laudatio
ius erga
bus deb
stri dolo
& mihi
deo. na
omnibu
nament
tilis, pu
cum plu
affero fa
fricate s
que cum
tunc eã
tis, quæ
strum a
excitare
delectat
dũ, nun
meti pe
stræ m
vulneri

fuit testis certissimus vestrae mirificae erga nos omnes voluntatis, me pro vestra humanitate accessisse iudicatis. Nam aut ille, de cuius nunc laudibus dicendum est, hac iucundissima luce, nos illius suavissimo conspectu frueremur, aut certe, ab eo auulsi & abstracti, si cum luctu & gemitu essemus, laudatione tamen officiosa persoluta, ut eius erga omnes mortales meritis singularibus deberetur, non nihil mitigatus animi nostri dolor leuaretur: sed contra omnia, quam & mihi & vobis optandum erat, euenisse video. nam & is nobis ereptus est, cuius vita omnibus exornata virtutibus Lusitaniae ornamento, rebus multorum priuatis perutilis, publicis pernecessaria videbatur, & cum plus afferre debuissem, multo minus afferro facultatis ad dicendum. Quæso, refricate superioris orationis memoriam, eaque cum hodierno genere dicendi cõparate: tunc eam rem nobis fuisse propositam intelligetis, quæ sola per se magnitudine sua, & nostrum animum ad ornatius orationis genus excitaret, & vos quadam nouitatis erectos delectatione paratiores redderet ad audiendum, nunc de eiusmodi re dicendum est, quæ tametsi penè infinitam suppeditet orationi nostrae materiam, tamen recenti acerbissimi vulneris memoria, omnem & mei & vestri ar-

dorem animi sese erigere conantis, tanquã
 flumine obruat, & extinguat, summa tum
 erat rerum expectatio, ingens omnium or-
 dinum alacritas, studium mirificum, vt etiã
 debilitata mens ac propè fracta iucundissi-
 mo talium virorum conspectu recreari pos-
 set: nunc omnia confecta senio, squalent ci-
 uitates vniuersæ, mœret omnis ætas, atque
 sexus, iacent vestri animi hac accepta insa-
 nabili plaga atque mortifera, vt etiamsi pro-
 ptissimo eis animo, tamẽ oratio ipsa squa-
 lere quodammodo in rã o luctu, & aspectu
 hominum ac omninò lucem formidare vi-
 deretur. Quid? nonne illi ipsi parietes, quos
 eo die peristromatis, magnificis operibus de-
 pictis, adornatos lætari aliquo pacto & ge-
 stire putabamus, nudati nunc & spoliati or-
 namentis omnibus lugere vobis quodãmo-
 do videntur, atque in sordibus squalorẽque
 versari? optimo id sanè iure accidit, viri or-
 natissimi, nihil prorsus mirum est, ablatum
 enim est non immaturo illo quidem, sed vt
 hominum more loquat, inopportuno certè
 funere Ludouicus princeps, & princeps opti-
 mus quales non admodũ multos superiora
 sæcula viderunt, maximi regis filius, maioris
 etiã germanus frater, ei^{us} arcanorũ particeps,
 socius consiliorum penè omnium, pulcher-
 rimum pacis ornãmẽtum, subsidiũ belli fir-
 missimũ

missimũ
 dinũ par
 plum ad
 atque po
 stiũ nom
 nũ quæ
 etiam in
 curator
 finus, b
 diosissim
 infinita
 nium se
 cilè prin
 nostroru
 tus vel e
 mentum
 familiar
 dam affe
 rium, &
 maodur
 rũ caper
 publica
 tur. Itac
 mi sic o
 stitiã ta
 que cal
 in tato
 lore va
 pacto f

missimum, nobilitatis decus, inferiorum ordinū patronus, potentibus propositū exemplum ad imitandum, tenuibus perfugium atque portus, Christianorum columen, hostiū nominis huius terror, earūque nationū quæ in extremas terrarū relegatæ oras, etiam in tenebris miserrimè versantur procurator sollicitus, scelerum vindex severissimus, bonorum omnium & religionis studiosissimus defensor, ac ne singula, quæ sunt infinita conlecter, omnium Gentium, omnium seculorum, omnis penè memoriæ facile princeps. Quod si morte consuevimus nostrorum æqualium dolere, quorum obitus vel exitium, vel magnum aliquod detrimentum rebus ipsorum priuatis, nobis verò familiaribusque cæteris solitudinem quamdam afferat; perfectò impium atque nefarium, & inauditi cuiusdam stuporis existimandum est ab eius discessu nihil, aut parū capere doloris, quo cū pariter ipsa Respublica miserabili funere elata esse videatur. Itaque nō equidem miror, viri ornatissimi sic omnium animos tristi silentio & mœstitiâ tacita defixos esse in tam graui duroque casu, illud simile portēti dicerem, si quæ in tāto gemitu cunctarum ciuitatum à dolore vacuum viderem. Verum nescio quo pacto fiat, vt quantum illo die studium ve-

strum fingulare attulit, tantum mihi nunc
 publicus hic iustissimusque dolor animique
 mei sensus detrahat ad bene ornatęque di-
 cendum facultatis, quare cum tanto ini-
 quiore conditione quam tum, veniam ad di-
 cendum, videte obsecro, quem vobis ani-
 mum suscipiedum putetis. Neque verum, quod
 hæc nostra tenuitas atque inopia tam mul-
 tis incommodis impedita, ea ornamenta ora-
 tionis & lumina nequit adhibere, quæ quo-
 dam incredibili flumine abundantes ora-
 tores, solent; idcirco minus vos studij ad
 hanc causam afferre decet. Soluimus enim
 officia iusta ac debita illi Principi, cuius
 tanta est meritorum erga nos magnitudo,
 ut nullam eorum partem assequi non mo-
 do referenda, sed ne cogitanda quidem gra-
 tia possimus: ut ipsa vos res, ipsum officium,
 ipsa pietas satis excitare debeat & accen-
 dere. Ille fructum omnis ante actę vitę
 non maximum illum quidem, sed qui per-
 petuo ferè virtutem illustrem consequi so-
 leat, hodierno die cœpit, cum tam multi
 laudes eius partim versibus mandarunt, par-
 tim solutâ oratione celebrarunt, tam multi
 ad inspiciendum studiosè confluxistis, de-
 clarastisque non minus vos nunc, quam tum,
 cum viueret adhuc & floreret de eius esse
 dignitate sollicitos, quod ei quidem meri-
 to

to atq
 illo ve
 namer
 stantio
 tam a
 dico p
 curren
 tantã
 exorn
 rabile
 rando
 quæ
 quãde
 poste
 modi
 gitan
 minu
 data
 mag
 bus p
 pieta
 repo
 Alph
 Lufi
 tem
 stus
 sus e
 viso
 exig

to atque optimo iure contigit. quis enim est illo vel generis, vel naturæ, vel propriis ornamentis suis, ac vel illo genere laudis præstantior? Ego verò sic statuo, nullum esse tam acutū & excellens ingenium, quod, non dico prævidere ac comprehendere, sed percurrere ac tueri: nullius tantam dicendi vim tantamque copiam, quæ non dicam augere exornando Principis Ludouici laudes admirabiles & infinitas, sed percensere numerando possit. Atque illa quidem prætereo, quæ nescio an in homine maiora vel aliquando fuerint, vel sint in omni consequenti posteritate temporis futura, quod illi eiusmodi maiores imprudenti & nihil adhuc cogitanti contigerūt, quibus si ex infinito hominum numero despicienti iam singula, data esset quos mallet eligendi optio, nec magnitudine animi & fortitudine, nec rebus præclare gestis, nec in Deum Opt. Max. pietate illustriores habuisset, quos illis anteponeudos iudicaret. Nihil de illo inclyto Alphonso dicā, cuius primū virtus peperit Lusitanis imperium, cuius si spectes pietatem animi, supplicanti pro victoria, Christus ipse Deus Opt. Max. affixus cruci visus est, si strenuitatem atque virtutem, illo viso confirmatus, vno tempore, manu per exiguā & tenuissimis opibus, dimicans cum

quinque Regibus opulentissimis infestissimis hostibus Christiani nominis, ingentes eorum firmissimasque copias, vno fulas praelio confectasque deleuit. Mitto iacredibiles aliorum regum pugnas, non commemoro immortalem illam Ioannis primi gloriam, qui munitissimam illam arcem hostium in dorso abile montis celsissimi constitutam, industriam & virtute expugnauit, aditumque illi Barbariae ad vniuersam Hispaniam facillimum praclusit: qui si, ut antea pateret, quae est eorum audacia atque furor, cruorisque sitis insaturabilis, effunderetur profecto in omnes Hispaniae populos saeuissima belli tempestas & procella, nosque hic in mœnibus atque tectis, militum multitudinae ac telorum obrutos opprimerent: praetermitto principis Henrici propè diuini hominis excelsum, omnibusque virtutum ornamentis, & mathematicarum disciplinis expositum animum, qui caelebs integerrimisque moribus cum totius saepe mundi statum, mente ac cogitatione intueretur, primus eò ductus est, ut ad Indos nauigari posse, Africae littore superato, crederet, & quodam instinctu afflatuque diuino, ut exitus ipse declarauit, Atlanticum Oceanum ingressus, rem in omni memoria inauditam tentare ausus est, multasque feracissimas

cissima
Africa
iustiss
dum,
accep
Princi
pian
tora v
rium,
nis in
granti
dis be
lentiss
& res
pemo
omitt
Rege
Ludo
maxim
fissim
opere
cepit
aggre
ipius
fissim
nes p
nisqu
debet
set ne

cissimas insulas ignotas antea & magnam
 Africae partem exploravit: taceo fortissimum
 iustissimumque Regem Ioannem secun-
 dum, qui cum imperium a patre Alphonso
 accepisset, patri sui optimi fortissimique
 Principis vestigia secutus, cunctam Aethio-
 piam, Hesperiam uniuersaque Africae lit-
 tora usque ad extremum illud promonto-
 rium, quod primam spem Indicae navigatio-
 nis iniecit, sumptibus maximis, studio fla-
 granti peruestigauit: eiusdem in conficien-
 dis bellis celeritatem non expono, qua opu-
 lentissimos saepe teruit exercitus hostium,
 & res labantes atque affictas diuino pro-
 pmodum consilio confirmavit & erexit:
 omitto & illud belli fulmen Emmanuelem
 Regem potentissimum, quo patre natus est
 Ludouicus Princeps, qui breui cum Africam
 maximis ornatissimisque classibus, numero-
 sissimisque copiis, obruisset, multa oppida
 opere munitissima, propulsatis hostibus, vi-
 cepit, primisque suis, quod maiores fuerat
 aggressi, aditum ad Indos, victis omnibus
 ipsius naturae difficultatibus, superatis va-
 stissimi Oceani fluctibus, aperuit: cui om-
 nes propere dixerim Lusitanorum opes, om-
 nisque vel nauigandi, vel bellandi gloria
 debetur, qui cum terrarum orbem imple-
 set nominis sui fama, non solum armis si-

nes imperij, apud barbaras nationes, sed religionem pariter Christianam propagauit: missam facio Ioannis III. quem ille fratrem fortitus erat, magnitudinem & amplissimam potentiam, exercitus hostium extinctos, depressas Turcarum aliásque classes, latissimas prouincias bello domitas, eximiã pietatem, clementiã, sapientiã, iustitiã, ceterãque imperij ornamenta longè maxima: fileo Henrici Principis, in quo vno magnoperè nititur Reip: Christianæ salus, inusitatam prudentiã, humanitatem, splendorem, spectatissimam honestissimæ vitæ integritatē, humanarum rerum dispiciētiã, diuinarum studium ardentissimum, & infinita alia, quæ si me percensere posse putem, fallar proffus atque erem. Quæ nisi per se tanta esse confitear, vt nullius oratione hominis explicari queant, non immeritò sanè vobis parum sanus videar. Sed de omnibus tamen facilè patiar sileri, in quibus cùm non à nobis ipsis patiantur, vt vinci turpe non est, si ornamenta cetera non desint, sic excellere cùm adsunt minus habetur gloriosum. Nec sanè iniuriã, quid enim iniquius aut impudentius cogitari, fingique potest, quàm ignauos & fœdos homines, & vt vno verbo complectar, nequam niti maiorum gloria atque fama, quam illi virtute, industria, constantia, rebusque

busque
vitam
nomi
ex tal
tra'ta
mitto
Princi
quæ i
studic
meis
tem,
attul
in ill
putab
effect
natu
Quæ
gnia
certè
diuin
di co
eoru
simil
natu
pisse
& at
soph
mul
ita p

busque strenuè gerèdis adepti sunt? quorum vitam si cum eorum factis, quorum crebrò nomina vsurpant, cōferre velis, vix credas ex talibus viris nasci tam immania, tam tetra tam exitialia portenta potuisse. Prætermitto igitur ea ornamenta, quæ clarissimi Principis propria non sunt, ad ea veniam, quæ ipse sibi labore, diligentia, assiduitate, studio comparauit, quorum splendor tātus meis oboritur oculis, vt vehementer dubitem, ipse maioribus, an maiores ipsi plus attulerint decoris & ornamenti. Nam quæ in illis singulis singula magna atq; diuina putabantur, ea vniuersa in vno hoc summa effector ille rerum collocarat, vt nō ab illis natus, sed ab ipso Deo fictus esse videretur. Quænam in illorum laudes proferetis insignia, quæ non ego vel maiora in hoc vel certè paria fuisse doceam? An illā Henrici diuini Principis rerū cœlestiū totiūsq; mūdi cognitionem haustam ex reconditissimis eorum, qui Mathematici vocantur, abditissimisque fontibus? at cū acre ingenium à natura, & velox, & acutum Ludouicus accepisset, non vt solent viri nobiles, degustarat & attigerat, sed diligentissimorum philosophorum more, omnem eorum artem tam multiplicem, tam subtilem, tam obscuram ita perscrutatus animo, ita mente comple-

sus

xus erat, ita memoriâ sepeferat, vt multos qui omne vitæ suæ tempus in eisdem rebus posuerunt superasse crederetur. testantur id per multi viri doctissimi, quibuscû ille con-
suevit ab incunte ætate sæpè de rebus ob-
scurissimis ac difficillimis, audire viros do-
ctrinâ & ingenio præstâtes, testatur biblio-
theca illa refertissima libris optimis, ipsius-
que parietes cubiculi, & illa, illa, inquam lu-
cerna, socia lucubrationum eius & parti-
ceps: libri denique ipsi, quos frequenter suis
manibus tenebat. Quid aliud fecisse arbi-
tramini Alphonsum illum regem Hispaniæ
potentissimum, cuius scripta etiam nunc ob
insignem rerum cœlestium scientiam, om-
nibus hominibus admirationi sunt? O feli-
cem, ô iterum ac tertio felicem Principem,
(te enim iam appello & alloquor, vbi vbi es)
ô te felicem, inquam cuius animus com-
morans hîc adhuc in terris, inclusus corpo-
ris compagibus; sepius his membris morta-
libus & irretitus: tamen euolabat aliquando
ex ipso carcere, seque liber ad occultissi-
mas præstantissimarum rerum naturas con-
templandas erigebat, lustrabatque oculis il-
lam immensorum orbium vastitatem, per-
currebat signa sideraque singula, singulas
stellas tum errantes, tum certis in fixas lo-
cis, & earum infinita miracula intuebatur,

&

& inde
magnitu
Alij volu
tem atto
cto vultu
bas & aff
tempesti
liis verfa
lis aut st
tentus,
per vico
rentes,
tem cog
debas m
percipie
ctu obr
mihi tur
hîc habi
commo
lucem,
migratu
casum,
funere,
tatione
bilem r
debant
rum su
na viro
rum er

& inde parentis omnium atque rectoris
magnitudinem & sapientiam ponderabat.
Alij voluptatibus corporū depressam men-
tem attollere nullo modo poterant; tu ere-
cto vultu, splendorem illum cœli adspicie-
bas & astrorum: illi in conuiujs atque in-
tempestiuis epulis; tu in altissimis domici-
lijs versabaris, tu abditus tectis, defixis ocu-
lis aut stans, aut sedens, figuris descriptis in-
tentus, mundum omnem collustrabas: illi
per vicos, per vrbes, per prouincias discur-
rentes, vix minimam perexiguæ terræ par-
tem cognoscebant; tu elucubrans conten-
debas magis ac magis vires animi ad ea
percipienda, quæ velles: illi immoderato vi-
ctu obruti, somnôq; oppressi stertebant. Iam
mihi tum præsentire videbaris, nō habere te
hîc habitandi domicilium, sed diuersorium
commorandi, & breui ad illam æternitatis
lucem, ex his tenebris mortalitatis nostræ
migraturum. O durum & acerbū literarum
casum, quæ te tantum alumnū tam tristi
funere, tam insperatō amiserunt! ô commu-
tationem repentinam, ô volucrem & insta-
bilem rerum humanarum conditionē! Gau-
debant antea tanto comite & socio studio-
rum suorum, summo ingenio & discipli-
na viro, illa ipsa vetustissimorum scripto-
rum eruditionis plenissima volumina, cum

in tuas manus venerant, recreari quodam pacto & voluntate quadam perfundi videbatur. te nunc si minus extincto, certe diuulso & abstracto, dolent literatissimorum hominum cœtus, mœrēt libri quos tu solebas versare manibus, & antiquum illum, illum suum dominum requirunt? lugent radij illi tui exercitationum tuarum consortes, vel potiùs administri, quibus tu in erudito puluere ipsas tibi conuersiones cœlestium orbium depingebas, & ab aliis tractari sese molestè ferunt, ipsa denique astra, ipsi cœlestes globi, ipsæ terræ tanto inspectore contemplatorèque erepto, mihi discessum tuum flere plorarèque videntur. Magnam sanè iacturam litteræ fecerunt, viri doctissimi, magnam prorsus, nescio an maiorem vllam aliquando fecerint. Sed nos ad illud reuertamur, vnde quodam abstracta doloris æstu, nostra longiùs aberrauit oratio. Quantum harum disciplinarum subtilitate præstiterit, videtis. An illum nihil animi robore, imperatoriæque arte valuisse dicturi estis, quibus omnes eius maiores maximo-perè floruerunt? O Lusitani nomen imperij, ô multa grauiæque iudicia, quæ de illius sæpè virtute singulari, sæpè de dimicandi peritia clarissimi viri atque principes fecerunt? ô inuictissimi Cæsaris inuisitata sapientia

piencia sy
animum
ctuante
periculisq
mis verbi
tempus i
particeps
que man
vos etiam
tes, qui v
eximiam
silium, ce
memoral
que inge
roli V. fo
pugnatu
culum B
lùm atqu
munitiss
nariæ n
cervicib
tuæ Mau
oræ imp
rum, qu
bitâ for
timuisti
depreca
Lusitani
hæresci

piencia syncerumque iudicium, cuius idem
animum multorum leuissimis sententiis flu-
ctuantem magis, quam belli difficultatibus
periculisque territum, paucis sed grauissi-
mis verbis confirmauit: te denique appello
tempus illud conscium eius consilij atque
particeps: vosque Pœnorum agri hostiles-
que manus testes eius fortitudinis in bello,
vos etiam tribuni, centuriones, atque mili-
tes, qui vestri ducis tum animi fortitudinem
eximiam, tum rei militaris scientiam, con-
siliium, celeritatemque vidistis in illa pugna
memorabili; cum incredibili ardore omni-
que ingenij, animi, virium contentione Ca-
roli V. fortissimi Imperatoris auspiciis, ex-
pugnatum est illud firmissimum propugna-
culum Barbarorum hostium, non manu so-
lum atque opere, sed etiam natura ipsa loci
munitissimum, quod illæ belluæ sangui-
nariæ nostris & totius Christiani populi
ceruicibus impositum arbitrabatur. vos mu-
tuæ Maurorum regiones, & Tingitanorum
oræ imploro, vosque sola terrarum vltima-
rum, quæ sæpe huius audito nomine, su-
bitâ formidine trepidastis, quid vniquam
timuistis vehementius, aut quid demissius
deprecata estis, quam ne potentissimus Rex
Lusitaniæ cuius maximè vos arma per-
hærescitis hunc solertissimum maximoque
animq

animò Principem, armatum ingentibus copiis, munitissimisque classibus in vestra mœnia rectaque immitteret, rebus vestris pestè, vitæ ac salutis exitium, imperio ruinam atque labem? Quod nisi Deus Opt. Max. cum hæc ille sibi provinciam expetebat, per summam maximi regis auctoritatem prohibuisset, non dubito quin omnis Lusitania effusa oppidorum portis, atque urbium profecutura fuerit ad portum vsque proficiscentem, partim discessus eius dolore commota, partim spe ac lætitiâ victoriæ & tranquillitatis exultans; vsque in Africam verò, & in medias Barbarorum acies quanta multitudo hominum eum secutura fuerit, non est obscurum. Tanta erat de Principis Ludouici fide, virtute, prudentia, omnium hominum opinio, vt eo duce nec patriæ, nec fortunarum, nec vxorum ac liberorum nec parentum rationem vllam sibi habendam esse statuerent, ac debere bellum otio, laborem quieti, & quæ in spe adhuc essent, ac incerta viderentur, ea rebus certis atque partis, quas in manibus haberent quibus frui liceret, anteferri: verùm aliter illi gubernatori Deo, longè, inquam, aliter visum est, cecidit iam illa dextera fortissima quæ vniuersæ Africæ absens, & Oceano defuncta gravissimum, incutiebat

terro

terrorem: occidit illa virtus, occidit sauis-
simâ vi morbi profligata atque confecta;
iacet inclusa breui saxo, cuius fama per
terras omnes, per maria longè latèque per-
manârat. Quid exultatis ô truces & effe-
rati populi? quid ista sibi vult gestientis
animi lætitia tanta, tam insolita, tam in-
credibilis? an vos liberatos periculo, expe-
ditos metu, curâ solutos arbitramini? ex-
tinctus est quidem is, cuius expectatio fre-
nebat vesannum vestrum furorem, ferociâ,
& audaciam intolerabilem reprimebat, frâ-
gebat effrenatos impetus, nefarios cona-
tus retundebat. sed vivit, vivit adhuc, & vi-
uet Dei beneficio diutius opulentissimus
Rex Ioannes tertius, cuius ille viribus ni-
xus, cuius opibus munitus ornatûsque co-
piis, tantum vobis iniecerat terrorem: ve-
hementer erratis, si vos hac potentiâ, hoc
consilio hac magnitudine animi, his deni-
que opibus impunè per maria volitare pos-
se ducitis, & ex istis Mauritanie latebris
erumpentes, in hac Lusitania luce versari.
Quid de eius admirabili consilio in prou-
dendo dicam? quod qui cū maioribus dicat
fuisse par, cum eo quidam nō luctabor ma-
gnoperè, certè quod potuerit esse maius, nō
videò: diuinitus aliquo oraculum illo acce-
pisse crederes, quidquid consilij dedisset. O

E

vtinam audire nobis licuisset crebra illa cū Rege Ioanne priuatim habita de rebus maximis colloquia : vtinam penetralia illa & penitus secreta reſta, quæ prudentiſſimos eorum ſermones fideliffimè ſemper cuſtos occultarunt, eius nobis poſſent commemorare ſententias ! Statueretis proſectò nihil illo in hoc genere fieri potuiſſe perfectius : quis grauitatem, cū ſententiam diceret, admiratus, non eſt? quis non ſapientiam dilexit? omnia planè bona, quibus multis atque magnis tota iamdiu fruitor Luſitania: omnia, inquam, humanitati, vigilantia, prudentia Ioannis III. debemus, qui omnium caput exiſtitit atque fons. Sed ille ipſe non indignè feret communicari cum Ludouico fratre laudes ſuas, præſertim cum non imminuatur illa communicata quidquam, quòd ſocium habeat earum & confortem aliquem, ſed augeantur magis & creſcant, quòd fratrem eiufmodi habuerit, quem in conſilium ſi adhiberet (nimiū fortalſe vobis dicere videbor, ſed tamen dicam verè) vix unquam errare poſſet. Itaque quòd reſpublica bene ſanctèque adminiſtratur, quòd floret, quòd in ea vehementiſſimè coluntur ſtudia literarum, quòd in medijs atrociffimorum bellorum fluctibus non iactamur abripimurque æſtu, quòd in tanta

perturb
& tranſ
magna
difficile
cipi, ſed
ſiliorū ſ
memor
ſalute ſ
nis Chr
ſet iam
& oppr
errorur
ego ſol
ſumma
ſimis, i
nibus a
eſſe vic
tiſſim
impera
ſed im
tium c
tem in
bilibu
mas te
Verun
pe Luc
maria
ti pop
& exp

perturbatione rerum omnium, otio s̄mo
& tranquillitate fruimur, ceteraque omnia
magna ac præclara bona, quæ numerare
difficile est, non sibi solum auctori & prin-
cipi, sed partim huic nos etiam socio con-
siliorū suorum debere confiterur. Quid cō-
memorem, quam esset de eorum populorū
salute sollicitus, quibus vel nondū religio-
nis Christianæ lux affulsit, vel cū affulsis-
set iam olim, tamen aut extincta funditus
& oppressa cupiditatibus, aut fœdissimorum
errorum densissimis nubibus ablata est? quā
ego sollicitudinem atque curam, si in illis
summa pietate Regibus, principibus lectis-
simis, ingentem fuisse negem, nōne om-
nibus aliqua vi à sensu mentis abstractus
esse videar? Et quidem iure optimo, viri do-
ctissimi: cū eos non opum cupiditas, non
imperandi impotens effrenataque libido,
sed immortalis ipse Deus, & earum Gen-
tium conseruandarum studium in eam mē-
tem impulisse videatur, vt impensis incredi-
bilibus, laboribus immensis, remotissi-
mas terrarum oras indagatas patefacerent.
Verum hoc maius quàm in illis, in princi-
pe Ludouico esse potuit, quòd hic, cum iam
maria cuncta & littora paterent. quàm mul-
ti populi, quàm potentes sint, quàm cultu
& expoliti specie humanitatis aliqua, vel

quàm barbaris cōtrā efferatísque moribus,
 quàm cupidi suscipiendæ religionis nostræ,
 vel quàm ab ea alieni, cognouerat: illi vel
 nullâ, vel modicâ certè orbis terrarum ex-
 ploratâ parte, obscurius multò hæc, & qua-
 si ex caligine ac tenebris videbant. Iam si
 liberalitatem eius, si humanitatem, comi-
 tatem, tenuium & afflictorum hominum
 misericordiam persequi velimus, nullum
 vnquam finem nostra inueniet oratio. Quã-
 do, quod honestè ab eo petiisset aliquis,
 non impetrauit? quem ille egentem, & qua-
 ad victum suppeditarent atque cultum cor-
 rogantem, vacuis à munere manibus dimi-
 sit? quod ei verbum durum & probrosum
 excidit? cui vexato miserè & iacenti ab-
 fuit, cum ab eo auxilium expetisset? Senses-
 runt tuam munificentiam tui quondam mi-
 lites, princeps clarissime (tecum enim nunc
 loqui libet, si qua vox ad te nostra perue-
 nire potest) senserunt, inquam, illi mili-
 tes, quos tu domum amplissimis donis au-
 ctos, & optimis hostium spoliis ditatos dimi-
 sisti: expertæ sunt, quibus præeras, Eccle-
 siæ, de quibus decem sacerdotes, vel certè
 iam sacerdotio dedicatos iuuenes, qui ali-
 quid ingenio valerent, in illa Henrici fra-
 tris tanquam arce, magnis stipendiis ale-
 bant, quo perspectis iis, quæ ad officium
 suum

saum

suum pertinerent, & cognitis, creditos sibi à te populos melius & cautius gubernarent. Te deslent inopes alitorem & educatorem suum, te viduæ suos miserantes liberos quasi genitorem, te tutelam, suam pupilli deplorantes solitudinem appellant: te impotentes, cuius fidem in suis periculis atque præsidium senserant, profluentibus lachrymis gementesque desiderant: illi ipsi qui omnium rerum copiis abundantes tui minus indigere videbantur, tamen tam fidei defensore bonorum omnium ablato commouentur, & horum lachrymas adspicientes, ægrè suas continere queunt. Quin etiam, quibus imperabas, populi seueritatem illam in iudicando tuam interiisse dolent: sic enim acciderat, viri doctissimi, ut qui esset in omne genus hominum quàm lenissimus, idem se, cum res postularer, seuerissimum in sceleratos exhiberet. Quis insanos illos ciuilesque ferocissimæ gentis motus comprimebat? Ludouici Principis auctoritas: quis factiones partium dissipabat ad effundendum ciuium sanguinem conspirantes atque conflatas? Ludouici Principis auctoritas: quis inimicitarum fluctus turbulentissimos sedabat? Ludouici Principis auctoritas. Magna mihi est memorandi copia, quæ ab eo seue-

rè grauitèrque facta sint, ex quibus quod dixi, perspici facile ac cognosci possit: verùm nec obscura hæc sunt, & temporis angustiae nequaquam orationem patiuntur longiorè. Illud certè mihi verè dicturus esse videor, in excellentibus illis ac diuinis hominibus lectissimi principis maioribus potestatem fuisse ampliorem: at iuuandi studium & conseruandi quam plurimos, atque animaduertendi in improbos seueritatem non minorem in hoc atque in illis extitisse. Quid illud, quod de maioribus nec audiimus, nec legimus, de hoc ipsi ferè vidimus: quantum est? quod cum natura parè ipsum maximo regi procreasset, nisi quod erat aliquanto natu minor, fors verò ac conditio eodem fecisset inferiorem; ita semper ei fuit non tanquam grandiori solùm, sed etiam tanquam Regi morigerus, vt plus apud eum cõditio, quàm ipsa parens natura valere videretur, quæ virtus si tam rara est, quæ sæpe non sine nostro malo experimur, quãtus ille sit existimandus, in quo tantoperè enituit, vestro iudicio relinquo. Quid quod sapientissimi Regis iudicio nihil est aduersatus, cum Africam sibi oprabat, deposcibatque prouinciam: quod suam sententiam eius voluntati posthabendam esse duxit: quod se parum, vt æquum erat, illum pro-

per

spexisse plurimū arbitratus est, & cum ipsius consilium fortius vulgò putaretur, tamen cognito eius animo, parum vtile aut perniciosum iudicauit, quā demum laude dignū, quā prædicatione, qua beneuolentia videtur? Ego verò hoc vnum eius factum omnibus ipsius rebus gestis antepono & anteponerem; etiamsi omnes totius terrarum orbis partes sub ditionem Lusitanorum & imperium subiectas, victoriis innumeris ac triūphis illustrasset. Nam qui lōgè à domo bellare cuperent, suūque nomen clarum & illustre posteritati tradere; permultos iā vidimus; qui cum antea cuperet vehementer; vt alterius morem gereret voluntati, recusaret, hoc excepto, fortè neminem; & cum omnes terras debellasset, ea vicisset, quæ complures imperatores superiori memoria vicerunt, nunc ferā truculentissimam quæ in ipsis maximè dominatur victoribus, virtute superarit. Quæ si huius esse propria videtis, si de nullo ferè alio memoriæ prodita sunt, dabitis, credo, mihi hanc veniam vt non minus ornamenti attulisse maioribus suis Ludouicum Principem quàm ab iisdem acceperit, affirmem & prædicem. At insignes illi fuerunt pietate & mirifico Christianæ religionis studio: quid si hæc ipsa tanta in hoc fuisse demonstrem, quanta in omnibus

72 *Laudatio Ludouici Principis,*
reliquis principibus fuerunt? Testes sunt il-
li seclusi penitus ædium atque abditi recef-
sus, qui hunc statis diei tēporibus, omnia
dicta, cogitata, facta, optataque sua iudicio
acerrimo, tanquam aliquā statetā ponderā-
rem deque rebus diuinis cum lachrymis se-
pe, sæpe verò cum incredibili gaudio cogi-
tantem, viderunt: testis est illa sacra adi-
cula, septa parietibus domesticis, vbi octa-
uo quoque die apud sacerdotem de pecca-
tis suis confiteri, & sacrum Christi saluato-
ris corpus accipere solebat: testis est libel-
lus ille, quem verè & grauitè & sapienter
de rerum humanarum despicientia conscri-
ptum: in sinu semper gestabat, & studiose
noctes atque dies euoluebat: testis est etiam
amœnissima illa ripa Tagi, in qua sacrum
domicilium eorum, qui asperrimam illius
magni Francisci disciplinam profitentur,
collocavit: testes omnes eius sanctissimi
vitæ generis sectatores, atque æmuli opti-
mi & integerrimi & religiosissimi viri,
quos ille per vniuersam Lusitaniam mul-
tùm diu, summa diligentia & incredibi-
li studio protexit, quorùmque egestatem,
maxima ex parte, suis alebat & sustenta-
bat sumptibus quosque vt vno verbo di-
cam, in oculis ferebat: testes iam omnes
omnium religionum signiferi atque duces,
omnes-

omnesque (vt ita dicam) milites , quibus
sæpe sapientissima consilia, quibus cum il-
le crebrò se ad humiles exercitationes de-
mittebat: testes denique ipsæ noctis um-
bræ ac circumfusæ tenebræ , quæ è lecto
surgentem illum, templum adeuntem cum
religiosis viris , Deo , cum alij quiescerent,
supplicantem sæpenumerò viderunt. Quæ
cum tanta esse intelligam in amplissimo
principe, quanta cuiusquam hominis mens
& cogitatio capere possit, tamen taceri
omnia, & de memoria deleri, non equidem
molestè feram. Sit illud infixum modò in
vestris animis, inhæreat penitus in menti-
bus omnium, immortalitæque mādetur,
quod vnum magnitudine suâ, me de rebus
aliis dicere cupientem ad se reuocat, nec in
tot ipsius laudibus tam illustribus, tam di-
uinis diutius, vt par erat, immorari sinit.
Stupet admiratione tantæ rei perculsa mēs,
oratio ipsa insolito splendore territa, vt
eius dignitatem possit consequi, veretur.
Dicam tamen vt potero, viri doctissimi,
vos non ex oratione, sed ex natura ipsa,
rem omnem penditote: quo nomine appel-
lem nescio, rem vobis proponam, obsecro,
diligenter attendite: vbi cognoueritis ge-
nus ipsum, non magnoperè credo nomen
requiretis. Ludouicus amplissima dignitate

74 *Ludatio Ludouici Principis,*
princeps, maioribus ortus regibus, at quibus regibus? quibus difficile sit inuenire pares, potentissimi Regis frater, ipse penè Rex vel bello, vel pace clarus, quem nostri vnum ex omnibus maximè admirabantur, hostes vehemencissimè pertimescebant, quem Cæsar inuictissimus Imperator sibi rerum gerendarum socium expetiuerat, abiecit omnia (quemadmodum vulgus hominum appellat) suæ dignitatis ornamenta & insignia, vt ipse iudicauerit, laqueos, segetem ac materiam vitiorum, nudauit parietes belluatis tapetibus, & aliis operibus magnificè depictis, abacos argento, se denique ipsum elaborato auro, & magnificentissimè cælato: dimisit inutilem turbam puerorum, per urbem exiguo comitatu ac pene solus incedebat: multo se esse dignius arbitratus est, quoad posset per illam, quam obtinebat dignitatem, Christi saluatoris tum solitudinem, tum egestatem, quàm aliorum profusam luxuriam atque pompam imitari. O rem magnam & incredibilem, & omnium Gentium literis atque linguis prædicandam! O factum egregium, & post hominum memoriam propè inauditū! Viceras superioribus rebus tuis, heros inclyte, aut, vt quàm modestissimè dicam, æquaueras omnium hominum laudem

dem atque gloriam nunc tu quodam modo te maior effectus es, & cum neminem haberes quem superare posses, te ipse superasti, nec summis contentus rebus gloriam, quæ augeri nullo modo posse videbatur hoc insolito, & nouo genere cumulasti. Multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui. Abiecerunt sæpe nobiles principesque viri opes, potentiãque maximam; spreuerunt imperia Reges aliquando potentissimi, seque ad vitæ genus longè hominum iudicio contemptissimum contulerunt. At tu pristinam retinens (quia necesse erat) dignitatem, superuacaneas ac depictas venustates voluptatesque repudiasti: illi fluxarum rerum rædio id fecerunt, quod omnes si faciant intereant Respublicæ ac ciuitates vniuersæ; tu id fecisti, quod nisi cæteri sequantur, saluæ illæ & incolumes esse nequeant, & florentes: illi relictis omnino rebus omnibus, subuenerunt iis qui nihil cum habeant, tamen aliquid habere cupiunt; tu cum vitæ tuæ necessarias res solùm retinuisti, rationem illis vitæ præscripsisti atque formam, qui lauta nimis & elegantia & exquisita consecretantur, quæ res quanto rarius accidit tanto sanè difficilior quàm illa & pulchrior existimanda est. Obscurat

scurat atque obruit ceteras laudes tuas hæc
 vna laus, & vt orto Sole minora lumina
 nostri aspectus aciem effugiunt, sic illæ vt
 illustrissimæ sint, tamen hoc effuso splendo-
 re, extenuatur omnium earum lux & eua-
 nescit. Venisti nobilitate generis in amplis-
 simam Regum familiam, nunc in familiam
 Christi supremi Regis adscripta es: eras ge-
 neris claritate cæteris hominibus, nunc in
 tam præclaro facinore teipso videris augu-
 stior: proximè fraterno iure ad regiam di-
 gnitatem accedebas, nunc in principem a-
 micitiæ Dei & gratiæ locum peruenisti: &
 cum inspiciebas siderum cursus & astrorū,
 mirabaris naturæ vim & pulchritudinē, nec
 in terris iam, sed in altissimis, domiciliis ver-
 sari videbaris; nunc omnium ora sunt at-
 que oculi in te vnum conuersi, stupent ho-
 mines tam insolito spectaculo, teque tan-
 quam è cælo delapsum intuentur, in illis de-
 nique fœlicissimis cæli sedibus sibi degere
 videntur, cum aut de te cogitant aut loquū-
 tur: esse verò hostibus terrori timorūque ab-
 iis, quos sæpe res parvæ terrent, quam ma-
 gnum est: ipsa, mihi crede, tartara ista tua,
 quam præ te fers, tenuitate trepidant, sus-
 piciunt tui fortitudinem illam atque pru-
 dentiam summo dignam imperio, Cæsar
 ipse diligit te cognitam & expertam: hanc
 verò

verò
 nia ve
 mus
 specta
 coh
 nicio
 cendi
 refor
 talib
 victo
 potir
 moen
 tur. S
 uent
 taba
 ô spe
 tion
 quæ
 cum
 ram
 tia a
 sens
 inte
 virt
 tani
 seru
 pulc
 (dab
 lisp

verò altitudinem animi despicientem omnia vehementer sunt admirati cœlites, summus ille moderator molitorque mundi cōspectam vehementius amavit. Confirmabas cohortando milicum animos res duras perniciosasque subire recusantium: tamen accendis a rebus iucundis atque gratis auelli reformidantes: atque illos quidem vt à mortalibus, hos vt ab immortalibus hostibus victoriam reportent: illos vt arce vel vrbe potirentur, hos vt ouantes in illustrissima moenia beatorum atque in templa recipiantur. Sed quid ago demens? quid loquor? viuentem illum adhuc presentem cernere putabam. O inanes cogitationes hominum! ô spem fallacem! ô frustra susceptæ contentiones! ô ludibria infelicis miseræque vitæ, quæ cum in manibus habere arbitramur, cum frui posse nos quàm diutissimè speramus, derepente auolant, & in media lætitiâ ac voluptate deserunt hiantes omnibus sensibus & imminentes. Illanc humanitas interiit? ille splendor extinctus est? illa virtus superata, corruit illud columnen Lusitanæ. O rem luctuosam & acerbam: ô miserum non huius modò, sed multorum populorum casum: Quid Pater summe paras (dabis enim id dolori meo, vt apud te paulisper quærar) quid, inquam, paras sanctissimæ

me Pater? aut cur eripi nobis priuarique luce illam auctoritatem, illam gloriam, illam sapientiam passus es? an illum sedibus istis beatissimis, quàm hoc exilio calamitoso iudicasti digniorem; an nos indignos, qui talis principis conspectu & humanitate & sapientia frueremur? nunquam profectò, nisi nostra scelera commerita fuissent, ad alia grauissima vulnera hoc tantum vulnus adiecisses: ille quidem beatus iterumque atque iterum beatus, qui exutus mortalitate nostra, omnibus bonis affluentem illam immortalitatem adeptus est, & quæ molestiam afferre poterant, videre desit: illa videt semperque videbit quibus perpetuè gaudeat & læterur. Nos miseri, nos infelices, qui in hoc exilio relictì, illius præsidio spoliati sumus, cuius præsentia mala nostra faciebat leuiora. O nationes exteræ atque barbaræ, si intelligeretis quàm sedulum, sollicitum, quam beneuolum procuratorem amisistis, tenebris abditæ certè orto mœrore atque luctu confitemini! O felix aliquando & florens regia prole Lusitania, nescio quam adhibeam dolori tuo medicinam, cum tanta plaga sit superioribus tuis imposita, vt vix sanari posse videatur! O vos cuiusque modi viri, quos alebat ille, aut iuuabat suis opibus

opibus & erigebat, quò nunc confugiatis, nihil reliquum esse video. Tu ipse, ò magne moderatoꝝ imperij Lusitani, cum multa dictu grauiã, perpeſſu aſpera toleraueris æquiffimo animo, tamen hoc acerbo vulnere percuffus luges, ſat ſcio, ac mœeres, non tam tuis quàm tuorum malis. Quis id te iure facere negare audeat? Amiſiſti fratrem, at quem virum? ſummo conſilio, ſumma prudentia, omnibus rebus ſummis. Quando amiſiſti? quando eius opera tibi maximè erat vſui futura. Tamen ſi officioſam pietatem non eſſe contemnendam putas relictus eſt tibi Henricus frater non minore ſapientia atque conſilio, benèque Deus rebus tuis proſpexit, vt cum vterque in periculum veniſſet, tamen alter ſolum auferretur, vt & inſingeret ſimul uulnus, & ſanaret. Leuet dolorem tuum huius præſentia atque recordatio: recreet mœſtum animum diuina liberalitas ac reficiat, denique illa tua ſapientia incredibilis confirmet. Túque, ò ſupreme pater atque rex, huius vniuerſitatis gubernator, parce precor mentibus ægris atque ſauciis, cohibe vim illam potentiffimæ dexteræ tuæ, ne vexes obſecro populum afflictoꝝ ne opprimas iacentem aduerſis rebus, ſed erige ſecundis atque excita vt tibi lætus ſeruiat, tibi exhibeat honorem

80 *Laudationis in B. Elisabetham.*
te perpetuò laudet ac prædicet, cuius expe-
riatur lenitatem & clementiam.

PETRI IOANNIS

PERPINIANI,

*Laudationis in B. Elisabetham Lusita-
nia Reginam.*

LIBER I.

ORATIO III.

Tres hæc orationes, tribus deinceps annis,
facio B. ELISABETHÆ die, Conimbricæ
in Lusitania habuit adolescens.



Vantam hodierna dies lætitiã
atque voluptatem hic tam fre-
quens summorum hominum
conuentus factus non ad obi-
tum, neque ad tristem è vita
discessum Elisabethæ sanctissimæ reginæ
deplorandum, sed ad diem natalem ac feli-
cem eius introitum in vitam illam beatam
& æternam, si minus debitis tantæ virtuti
laudibus exornandum, certè iustis ac ne-
cessariis officiis prosequendum nobis om-
nibus afferre debeat (viri ornatissimi) ipsa
illa sacra declarant, quæ hac luce multis
Lusi